



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XLIV. Eugubina Legati. De jurisdictione Episcopi exequutionem
piorum legatorum, An spectare solùm dicatur subsidiariè, & in casu
negligentiæ, vel directè, & immediatè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)

scopus generaliter visitando Civitatem vel diæc-
sim adhibere solet ex Canonicis Cathedralis, Un-
dè propteræ oriuntur controversia præcedentia
cum Capitulis seu Parochis Ecclesiæ inferiorum
juxta calum, de quo in Ampurien. seu Civitaten.
precedentia 28. Novembri 1659. & 19. Aprilis
1660. coram Melito, de quo habetur actum hoc eo-
dem libro sub tit. de preeminentiis dis. 17. ideoque
nullum videbatur adesse gravamen præsertim quia a-
gebatur de visitatione in eadem Civitate, unde sub-
esse non poterat suspicio, quod hæc nova introductio
tractu temporis causare posset onus vel præjudicium
expensarum viætus, & viatici.

Quod secundum, aliqui scribentes de partibus
cum copiosis allegationibus deductis ex Carleval. de
judiciis, ac Tondut. & Anachin, in tract. de preventio-
ne, insistebant in probando decreui præjudiciale, em-
dum ita Episcopus se ingerere videbatur in ea admi-
nistratio, que Civitati ejusque deputatis incumbit
super exigendis nominibus debitorum, & cogendis
administratoribus post finitū officium ad reddendas
rationes, ac solvendum reliquatum.

Respondi pariter, nullum adesse gravamen,
motivata siquidem procedere dicebam in actibus,
seu calibus individuis, in quibus præjudiciale est
plures adesse confudices, seu cumulativam ha-
bentes, quia tunc unus præoccupatio, seu præven-
tio in eo casu inducit alterius privativam, atque
in his terminis procedunt ea, que habentur apud
allegatos & alios; Secùs autem ubi ambo tendunt
ad eundem finem, itaut unus alterum non impe-
diat, neque præventione privativam alterius cauet,
tunc enim expedit potius Ecclesia, seu loco pio plu-
res habere adjutores & cooperatores. Quinim dice-
bam ab hoc recurso præsertim omnino abstinen-
dum fore, cum ita potius apud Superiores confirma-
retur ea scelpio, que de laicis administratoribus ha-
benti solet, quod piorum locorum bona in privatos u-
sus convertant, atque prædecessorum administratorum
rationes revidere negligant successores, ut ita
unus alterum confoveat, seu cooperiat; Et ex qua et-
iam ratione per Sac. Congregationem pluries prohi-
bitus est aliquarum Confraternitatum seu piorum lo-
corum abulus, quod administratores expleto tem-
pore sua administrationis successores eliant, & de-
putent, cum ita de facili inter aliquos fieri possint
collusiones, absque eo, quod usurpationes seu con-
versiones in suis propriis unquam diseoperiantur,
ut Egomet, dum esset Vicarius Generalis in patria
expertus sum, quod practicaretur in quadam fatis
diviti Confraternitate diæcesis, adeout non parvos
labores & incommoda subire oportuerit pro hujus-
modi abusu tollendo, cogendisque administratoribus
plurium annorum ad reddendas rationes ac restituendu-
m reliquatum.

Aliquod gravamen contineti mihi videbatur
in illis decretis, per quæ prohibebatur bona debito-
rum recipi ia solutum seu in adjudicationem, &
etiam prohibebatur administratoribus quando-
que defervire per substitutos, Id enim percutit
administrationem merè temporalement ex lege ergo di-
onis perirentem ad ipsos laicos, & in qua, celsante
abulac violatione instituti, non videtur quod
Episcopus debeat se ingerere, dum dicto cap. 8. Seff.
22. decernitor, quod cognoscere, ac decernere de-
beat ea, que ad Dei cultum, animarum salutem, ac
pauperes substantiados pertinebunt, juxta corun-
dem piorum locorum institutionem, & sic circa
eleemosinarum & substidorum congruam distri-
butionem, & ne in pauperum præjudicium, redditus

& bona Montis pietatis alienis usibus ab instituto ex-
traneis applicantur, Unde propteræ exercere munus
per se ipsum vel per substitutum, pertinet ad deputa-
tes quibus cura habitualis incumbit, atque nil com-
mune habet cum partibus visitatoris; Idemque an ca-
pienda sint, nec nè bona debitorum insolutum, nisi in
hoc adessent abulus & collusio, verificabilis præsertim
in ipsis administratoribus pro eo, in quo essent debito-
res ex causa reliquat, quo scilicet utentes pecuniis
Montis in eorum usus, assignarent deinde bona inu-
tilia pro incongruo pretio, Sive quod receptio hu-
jusmodi bonorum, ita exhausteret Montem pecunia
numerata, quod exinde impeditum vel diminutum
remaneret ejus institutum mytuandi indigentibus,
unde remanebat quæstio potius facta
quam juris.

EVGVINA LEGATI

P R O

ILLIS DE ANDREONIBUS, CUM EPISCOPO.

Casus benevolè disputatus coram quodam Cardi-
nali a partibus electo.

De jurisdictione Episcopi circa exequitionem
piorum legatorum, An spectare solùm dicatur subsidiariè, & in casu negli-
gentiæ, vel directè, & immediate.

S V M M A R I V M .

- 1 Acti series.
- 2 F De distinctione super potestate Episcopi in ex-
equiendas suis legatis.
- 3 Regulariter potestas Episcopi est ad cogendum heres-
dem ut impletat.
- 4 Hæredæ negligentie jus adimplendi devolvitur ad E-
piscopum, sed cessante negligentia spectat ad ha-
redem.
- 5 Quomodo expectari debeat lapsus anni.
- 6 Arbitrium a testatore datum Episcopo, non intelli-
gitur quod substantiam exequitionis, sed circu-
gualates.

D I S C . XLIV.

 UIM Nicolaus Riccius in ejus testa-
mento mandasset, ex bonis & redi-
ditibus ad hunc effectum assigna-
tis, singulis annis dotale subsidium
præstandum esse puellæ, que habi-
tum in Monasterio Capuccinarum
lumere veller, si minus alteri puellæ aliud Monas-
terium ingredi volenti, dummodò esset pauper, ac bonæ
vita & conditionis arbitrio Episcopi; Hinc orta est
controversia, inter dicti testatoris hæredes, & Episco-
pum super præselectione ex pluribus puellis ad idem
subsidium concurrentibus, An scilicet id spectaret ad
hæredes vel ad Episcopum respectivè, unde concorditer
se remittentibus partibus declarationi cuiusdam
Cardinalis; Coram isto scribens pro hæredibus, etiam
cum sentiu veritatis, dicebam pro ipsis respondentium
videri, cum vera videatur distinctio post antiquio-
ritas ab eo allegatos tradita per Barbos, de universi fur-

Card. de Luca de juris dñi, & foro compet.

K 3

Eccles.

2 Eccles.lib.3.capit.27. numer. 30. Quod aliud est agere de jurisdictione & potestate Episcopi quoad cogendos heredes ad executionem & implemen-tum legatorum ac piarum dispositionum, Aliud vero, ut ad eundem devolvatur exequitio, cum elec-tione operum vel personarum, privatae ad heredes vel alios, ad quos ex dispositione legis vel hominis id pertineat.

Ad primum enim effectum, id recte pertinet ad Episcopum, quoniam tam ex dispositione juris communis, quam ex illa Sac.Conc.Trid.Jeff.22.de refor-mat.capit.2 ille dicitur exequitor ultimarum voluntatum ex deductis per Barbos, ubi supra, & latius per Carpium in ejus tractatu de exequite testam. & cum Episcopis hodie concurret fabrica Sancti Petri ejusque commissarius in iis locis, in quibus hoc Tribunal introductum est.

Ad secundum verò effectum secūs, quoniam, excepto legato pro redimendis captiuis, seu altero casu incertitudinis vel impossibilitatis, ita ut heres suam facultatem per seipsum ad exercitium deducere non valeat, sibi assit regula generalis, ut ad eum pertineat legata & pias dispositiones sui auctoris exequi, quoties alter exequitor per disponentem datus non est, solumque uno, vel altero per annum negligente, intrat questio inter DD. an ad Episcopum devolvatur omnimoda facultas exequendi juxta unam opinionem, quae videtur magis communis, vel solum sibi aperiatur jus cogendi heredem vel alterum exequitorem ad exequendum juxta alteram, ut clare probat text. in cap.3 de testamentis, ubi communiter scribentes congetti per Barbo, in collectan. ad eundem text. & de jur. Eccles. dicto lib.3 cap.27. num. 31. & sequen. ac etiam de potestate Episc. alleg. 82. numer. 15. & sequen. late Carpini, qui articulum disputat de exeq. uni. testam. par. 3 cap. 1. & p. 4.c. 1. &c. sole clarissim dicit Rub. de testam. ad pias causas cap. 85. numer. 33. qui alias cumulat, atque ita servat praxis dicti Tribunalis fabricæ, quia non nisi post annum se in-gerit.

Est benè verum, quod potestas Episcopi vel alterius Superioris coactata non est ad expectandum lapsum anni, ut cogere valeat heredes, vel eos quibus incumbit, ad exequendas pias dispositiones, quoniam quemadmodum legatus prophanus, ad summum aliam dilationem pati non tenetur, nisi illam durantis confectionis inventarii, ita multominus eata pati debet causa pia, cuius favore juxta unam opinio-nem, quamvis in Curia non de facili receptam, statim currunt intersuria seu ultræ, ex pluribus deductis in sua materia sub tit. de usuris, sed negligentia praedicta necessaria est ad inducendam in herede vel alio de-pucato privationem facultatis sibi alias competentis, ejusque translationem ad Episcopum vel alium Super-iorem. Cumque haec sit pena formalis, qualem con-tinere dicitur quæcumque sui juris privatio Greg. & adden. dec. 225, neque pena detur sine delicto, idcirco negligentia praedicta debet esse talis, quod ju-sta excusatione cessante delicto speciem ha-beat.

Non negabantur haec ex parte Episcopi, sed dice-batur, hujusmodi facultatem ab eo non praetendit ex dispositione juris sed ex illa testatoris, ex illis verbis arbitrio Episcopi in testamento contentis, Verum, cum sensu etiam veritatis, dicebam hujusmodi præten-sionem esse parum probabilem, qualem credo à Cardi-nali Arbitro declaratam fuisse, quoniam verba praedicta directa non erant ad exequitionem legati, & elec-tionem puellæ in genere, sed in solo casu subsidiario, in quo nulla existente puella ingredi volente Mona-

sterium Capucinarum ab ipso testatore designatum, deveniendum esset ad electionem alterius puellæ quocumque Monasterium indefinite ingredi vo-lentis, tunc enim quia testator in ista adjecit qualita-tem primo casu omissem, quod scilicet esset pauper, ac bonas vitæ, famæ, & conditionis, idcirco super ista qualitate, ad quam dicta verba directa leguntur, intrat arbitrium refraciatum liberatris hereditatis, eligendi etiam puellam hujusmodi qualitatibus carentem, Un-de propterea jus Episcopi restringi videbatur ad in-quirendum, an in puellis per heredem electis concur-rent nec nè qualitates praeditæ, ob quarum defec-tum electas respovere posset, non autem quoad ipsum jus eligendi & exequendi.

FLORENTINA

CONSERVATORII

PRO

ARCHIEPISCOPO,

CUM

ADMINISTRATORIBUS
SECULARIBUS.

Casus disputatus in S. Congregatione Concilii, & resolutus us in fratre.

De jurisdictione & auctoritate Episcopice Ordinarii loci super Conservatoriis, Congregationibus, vel Adunantiis mulie-rum secularium insimul viventium sub propria, vel secularium administrati-one.

S V M M A R I V M .

1 Act series.

2 F. Refolutio Sacra Congregationis.

3 De speciebus mulierum de quibus disponuntur Canones earum adunantias prohibentes.

4 Mulieres saculares absque religioso instruto in do-mo vel conservatorio viventes, an veniant sub dictis iuribus, & in quo.

5 An Ordinarius habeat jurisdictionem in Conserva-toriis mulierum secularium & num. 8.

6 Quomodo procedendum in materia jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiastice.

7 Reprobatur Ciriaco. controv. 504. & de lesuissarum suppressione.

8 Declaratur Menoch. cons. 948. & de conclusione de quanum. 5.

9 Referuntur plures declarationes S. Congregationis circa hujusmodi Conservatoria.

10 Quomodo in Conservatoriorum clausura Ordina-tius debeat providere.

11 De Monasterio Oblatarum Turris specularum Urbis.

DISC. XLV.